



**R.D. Iacobi Marchantii, Pastoris Et Decani Covviniensis  
SS. Theolog. Professoris, Rationale Evangelizantivm**

**Marchantius, Jacobus**

**Coloniae Agrippinae, 1661**

Lectio 15. tripartita. De Evangelio Dominicæ Quinquagesimæ. Ecce ascendium Ierosolymam, & Filius hominis tradetur, &c. Tres declarantur rationes, cur Christus frequenter de sua Passione locutus ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56372)

erat tamen clamaturus ex charitate ardentissima, aliquid speciale, & auditu dignum tunc innumeratus.

IOAN. 11. LUC. 8.

1. Sic clamat suscitans Lazarium & filium Sairi, significans nobis quam difficile sit a morte peccati animas suscitare.

IOAN. 7.

2. Sic clamat Iudeos corripiens. Et me scitis, & unde scio scitis. Ac postmodum addit. Si quis sitit, veniat ad me. Clamore isto duplici significabat fortiter corripiendos peccatores, fortique voce vocandos.

IOAN. 12.

3. Sic clamat iterum. Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me, significans doctrinam fidei non leviter suscipiendam, cum ad vitam aeternam sit necessaria.

HEB. 5. MAIT. 27.

4. Sic clamat in cruce cum lachrymis orans pro nobis, ut tradit Apostolus. Item cum a Patre derelictum se conqueeritur. Item cum moriendo tradit spiritum. Et frequentissimo in cruce clamore summam angustiam testari voluit, summam erga Patrem obedientiam, summam erga mortem & infernum potestatem, summam erga nos charitatem & amorem.

APOT. 2. 3.

Sic denique in hoc Evangelio clamans describitur, quia audiendi verbi divini necessitatem contenta voce voluit indicare, & attentionem sibi conciliare. Clamabat igitur: Qui habet aures audiendi, audiat. Hoc quingies in Evangelio à Christo repetitum legimus, Matth. 11. & 13. Mat. 23. 4. & 7. atque hic Luc. 8. Nempe notatu aliquid dignum, nec leviter audiendum pronunciat, cum his verbis utitur; nullibi tamen cum clamore, eius usus est nisi hic. Sic in Apocal. 7. repetitur: Qui habet aurem audiat quid spiritus dicat Ecclesis, post notabile quoddam monitum quod ibi Christus voluit insculcatum, id repetitur.

COLO. 19.

Sed quid est habere aures audiendi? Utiq; est non solum aures corporis habere apertas, sed & aures mentis & cordis, ut sic possit quis attente audire & obedire. Qui tibi aderant, habebant aures corporis, unde properabant ad eum audiendum: sed non omnes ibant eum ea qua decebat dispositione, & ideo non habebant aures audiendi. Cordis aures quidam gerebant oclusas, ideoque ad illos clamant quasi surdiores. Aures habebant filii Loth cum monerentur egredi de Sodomis, sed non habebant aures audiendi, ideo Angelus visus est eis quasi Iudeus loqui. Multi his non sunt assimiles, cum eis iudicium Dei proponitur, aut poenae inferni, dum & manus porrigitur ut evadant salvi. Sic & aliqui sunt, qui videntes non vident, quia apertis oculis ad perditionem currunt: & audientes non audiunt, quia rectae monitioni non obediunt. Aures aperta & perforata olim erat signum perpetuae servitutis & obedientiae. Sic signum servi Dei est, & signum electionis; habere aures apertas ad Verbum Dei, sicut est signum servi Saranae & Mundi illas habere ad illud clausas. Ideo fidelibus aures aperiantur in baptismo, cum Sacerdos digi-

tis immittis, clamat: Effusa, quod est, ad aperire, quia antiquus serpens conatus eas esse obstruere. Adae & Evae & filius eorum, ac divinum mandatum audierunt. Sed Dominus iterum vult eas aperiri omnibus Adae filiis, dum filii Dei enascuntur, ut aures audiendi habeant, dum divinas inspirationes, mandata, consilia excipiunt. Multi habent aures ad audiendum fabulas, vanitates, detractiones, vitia & imperfectiones aliorum; clausas habent Verbo Dei interno, Verbo externo, Verbo aeterno. Hi non censentur habere aures audiendi; quia Aures Eccl. 3. bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam, & sapiet qui sapiens est, aures suae spiritui, ne audiat linguam nequam, Eccl. 23.

Tu, Domine, solus potes nobis dare aures ad audiendum: fac igitur ut non simus instar aspidis surda cauda & terra aures obturantis, ac audiat vocem incantantis sapienter; sed habemus ilas apertas ad audiendum cum concupiscentia sapientiam tuam, te dignos in eas immitte. Aperi nobis aures cordis, ut possimus dicere cum Propheta: Dominus aperuit mihi aurem, ego autem non conaris, sed etiam ad obediendum. Et ut corde bono & optimo suscipiamus semen, & non censeamur terra secus viam, aut saxosa, aut spinosa, sed semen tuum coeleste in nobis radicem hinc perire veritatis, tandemque fructum perfectum proferat superne gloriae, & aeternae vitae.

DOMINICA QUINQUAGESIMA. Lect. 4.

Ecce ascendimus Ierusalem, &c. Luc. 18.

Christus Dominus, qui discipulos duodecim Cur frequenter cum illis sermone de omnibus quo scipsum de sine ac illos concernant: & id quidem nonnunquam passione secreto, quia turbae necdum erant sauis aptae ad percipiendam quaedam mysteria illis propalanda. Apostolos autem ut fidei Patres elegerat, & tanquam speciales amicos à secretis, quibus testamentum adhuc obfiguratum committeret, quod post ipsius mortem referrent, & orbi evulgarent. Unde dicit: Tam non dicam vobis servos, sed amicos, quia omnia quae unquam audivi à Patre meo, nota feci vobis. Quasi dicat: Quaecumque audivi ab eo ut legatus ad vos destinatus, & ut Praeceptor vobis datus, iam vos edocui: iam vobis ut amicis communicavi cordis mei secreta omnia. Sed cum de multis per triennium docens differerit, de nulla se frequentius sermonem fecit, quam de sua passione & morte. Triplicem autem huius rei causam possumus assignare.

- 1. Desumitur ex parte Christi,
- 2. Ex parte discipulorum,
- 3. Ex parte nostra.



Luc. 12.

Prima ergo ratio frequentis de passione sua sermonis fuit, quia magno desiderio illam desiderabat, & vehementer ad illam anhelabat: Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor donec perficiatur, inquit Luc. 12. Baptismum vocat profusionem sanguinis sui, & dicit se pre desiderio illius coarctari & angustari, optans quanto citius illam perfici. Quis est qui magno opere aliquid cordi habet, & de eo lubenter non loquitur? Nunquid de abundantia cordis sermo procedit? An non ambitiosus de honore, luxuriosus de voluptate & impuritate, cupidus divitiarum de lucro & questu, gulosus de vino & mensa opipara frequentem miscet sermonem? Non potest exterius os eructare aliud, quam id quo contutus paciscitur. Quid mirum igitur, si passionem suam Christus crebro commemorat, qui ab initio eam cordi fixerat? Hæc est enim exaltatio, ad quam tota ejus contitendit ambitio. Hæc sunt opes, hoc lucrum contitendit, cui eius affectus potest inhærere. Hic est calix quem debet bibere; hic cibus eius & delicia. Quod si sponsus appropinquante nuptiarum tempore, de nuptiis suis lubenter loquitur obardentem amorem sponse: egiudem hic est Sponsus, qui in thalamo crucis nuptias debet consummare cum Ecclesia sponsa sua ardentissimè adamata; non ergo mitum si de cruce sua lubenter, frequenterque loquitur, urgente amore. Et certè inter brachia cordis eam egessit jam à nativitate, ex tanto ea Patri offerens seipsum; eodemque tempore vita & mors in eo ortum suum habuere, quia ab instanti incarnationis subitum cogitatio & affectus mortis ac passionis. Quod si fidelium quidam toto penè vite sue tempore affectuosissimè ramurunt Filii Dei passionem: quanto magis ipse, qui ad hoc seculum carnem mortalem assumpserat venerat, ut à primo momento pati incipiens, ad ultimum usque suspirium pati non desineret?

Joan. 10.

Joan. 17.

Psal. 103.

Itaque ut offenderet se non in vitam mortem adire, sed per lubentem animo, frequenter de ea loquitur, maxime appropinquante illius tempore. Unde dicit: Ego pono animam meam, nemo tollit eam à me: sed ego pono eam à me ipso. Et iterum: Pro eo ego sanctifico meipsum, hoc est Patri me in sacrificium offero in ara crucis ex propria voluntate mea, nec coactus, aut invitatus morior. Ideo Christus Dominus comparatur Soli & de ipso interpretatur S. Aug. illud, Sol cognovit occasum suum. Audi Aug. in illa verba: Et hic qui Sol, nisi Sol ille iustitia, quem sibi non ortum impij plangunt. Ergo erravimus à via veritatis, & Sol non ortus est nobis: Quid est autem, Sol agnovit occasum suum: Christus agnovit passionem suam. Occasum Christi, passio Christi. Quid est agnovit? Approbavit, placuit ei. Si enim es displiceret, quomodo pareretur? Nisi agnosceret occasum suum, non occideret? quia dixit: Potestatem habeo ponendi animam. Hæc S. Augustinus. Quomodo verò rectè Soli comparetur Christus in hoc occasu, sive in hac morte sive voluntaria, elegenter explicat Divus Zeno serm. de resurrectione, ubi sic ait: Sol eandem diem qua nascitur,

Rational. Evang.

emortitur, nec tamen instanti finis sorte torretur, ut suos retardet cursus, ut horas & momenta producat: ut saltem paulò diutius dies sui demoretur in vita; sed semper intrepidus ad sepulchrum nocte contendit, scit se in ipso habere quod vivat. Quia scilicet sepulchro noctis nova nativitate renascitur, novamque vitam quodammodo haurit mane renascens ideo non noctem timet aut occasum. Sic nimium Christus intrepidus ibat ad sepulchrum, sciens se ex ipso sepulchro mox orturum nova magisque gloriosa vita. Quod ipsum hic discipulis prædicit, Filius hominis tradetur, & occidetur, & tertia die resurget: Quapropter S. Cyrillus Hier. notat differentiam inter Christum, & Ezechiam Regem, qui morti vicinis terretur, sicut vitam deprecatur. Propter Ezechiam, inquit, Sol reversus est propter Christum Sol obsecutus est, non retrocedens, sed a scienis, & propter hoc utriusque differentiam Ezechias, & Iesu demonstravit. Namque Ezechias mortis aspectu pavet, in cuius signum Sol retrocedit: at Christus non pavet, sed cum morte configit, hoc cernens Sol obsecratur, & velut lugubrem noctis vestem induit ad tempus, in resurrectione eius solito clarior extitit.

Christum imitatus est eius discipulus Paulus, animo perlubenti & læto ad mortem properans. Nā & ipse iustis solis, ut rotam penè ultravit orbem lumen fidei quocumque inferens, tandem agnovit occasum suum, & cursus consummationem. Unde frequenter & lubenter ea de re loquebatur, & sicut Christus in hoc Evangelio mortis suæ conscientiam pronunciat: Ecce ascendimus Ierosolymam & filius hominis tradetur, sic & ipse. Ecce alligatus ego spiritu vado in Ierosalem, quia in ea ventura sit mihi ignominia, usque ad Spiritus S. per omnes civitates mihi protestatur dicens, quoniam vircula, & tribulationes Ierosolymam me manent. Sed nihil horum vereor, nec facio animam meam pretiosam quàm me, dummodo consummen cursum meum.

Cum vero audissent hoc fideles ab eo conversi, cum lachrymis deprecabantur, ne Ierosolymam peteret, ut sic vincula citigeret. Quibus ipse: Quid facite stantes? & assidentes cor meum? Ego enim non solem alligari, seu mori in Ierosalem paratus sum propter nomen Domini Iesu: Sciebat quid Petro se à morte subeunda revocare conanti, canique dissuadenti Christus responderat: Vade post me Satana, scandalum es mihi, quia non sapie quæ Dei sunt, sed quæ hominum. Dixit Christus discipulis idem quod in Evangelio. Quia oportet eum ire Ierosolymam & multa pati à Senioribus & Scribis, & Principibus Sacerdotum & occidi. Petrus autem increpans cum, respondet: Absit à te Domine, non eris hoc tibi, Christus vero Petrum familiariter se increpantem gravibus reprehendit verbis: Vade post me Satana: hoc est, Adversarie abi hinc. Vel ut alii interpretantur, vade post me, id est, sequere me. Quasi diceret? Potius deberes me sequi, & imitari passionem meam, quam ab eam avertete, & mihi scandalum.

Rational.

dalo,

Cateche.

Christi imitati sunt Apostoli & plures alii.

Act. 10.



dalo, siue impedimento esse. Etenim non sapi qua Dei sunt, non intelligis Dei consilium, solum humana sapis: Quia iudicant homines molesta esse fugienda, sic & tu iudicas; ideo te satanam uoco, quia Dei consilio de redemptione hominum, licet inficius, aduersaris. Sic & Apollolus Paulus, Jesu Christi Imitator eximius dicit; affligi cor suum ab illis qui flebant, & impedire conabantur eius in Ierosolymam profectiorem, quia aduersari videbantur Dei consilio, & Spiritus sancti inspirationi ad vincula & tribulationes eum ducenti. Postmodum autem specialis à Spiritu sancto edoctus de morte imminente sibi per martyrium, non potest letum illud nuntium, continere in animi sit intimitis, sed ad Timotheum scribens, letabundus illi indicat id ipsum his uerbis; Ego iam delibor, & tempus resolutionis meae instat. Bonum certamen certavi, cursum consummavi. Ecce sol cognoscens occasum suum, & in illo exultas è sepulchri occiduis tenebris breuicinis se emeritum; & aeternam horizontem perennante luce se illustraturum.

ad Tim. 4

Christum Dominum & Paulum eius discipulum eximium imitati sunt & alii sancti, ad mortem properantes cum gaudio, quali ad festiuum epulum invitati. Notum est de S. Ignatio Martyre ad Magnesianos scribente de instante sibi martyrio; & quomodo obvis uisus animoque latissimo Leonibus quibus ad eam erat paratus, occurrere desiderabat, eosque ungere ut deoraretur & eorum deatibus tanquam Christi frumentum commolaretur. O quanta cum amoris flamma hac de re loquebatur, sicut & Christus Dominus de instante iam morte sua!

Secunda causa, quia Apostolos praemone re uole- bant.

Secunda ratio frequentis sermonis de passione fuit ex parte discipulorum. Hi enim à Christo crebro instruendi erant de hoc mysterio, quod omnium primarium erat; & paulatim disponi debebant ad eius captum. ipsius mentione frequenter facta. Simul etiam prauidebat Dominus eorum animos ex passione sua conturbandos; ideo praemonebat & praemonebat eos saepe repetito sermone de eadem passione, ac subsequente post triduum resurrectione, ut tunc animo non conderent, nec nimium percellerentur, memores sermonis quem dixit eis praedicens toties & passionis suae poenam & resurrectionis gloriam. Nam & mala praevia minus ferunt, & certa expectatio resurrectionis temperare poterat tristitiam passionis. Hanc causam affert S. Hieronymus in his uerbis: *Iturus Ierosolymam, & ducturus Apostolos, ad tentationem eos parat, ne cum uenerit persecutio & crucis ignominia, scandalizentur.* Unde postquam Petrus diuinitatem eius in medio discipulorum confessus fuisset: *Ad mat. 16. Tu es Christus Filius Dei uiu; Exinde capis Iesus ascendere Discipulis suis, inquit Matthaeus, quia oportet eum ire Ierosolymam, & multa pati à senioribus, & occidi & tertio die resurgere. Quare exinde conuenit eis id ostendere? Ut scilicet non vacillarent de*

confessa diuinitatis fide, cum uiderent tam acerba & ignominiosa cum pati in humanitate. Item, ut eum morientem cernerent, resurrectionem non dubitarent, quandoquidem utrumque frequenter praedixisset.

Samuel figura Christi;

Cum Samuel unxisset Saul in Regem, vix crederet Saul sermone Samuelis sibi inopinata & inexpectato, ut ergo fidem de regno in eius corde confirmaret, praedicit quae mox euentura ei erant in via. *Cum abieris, inquit hodie à me, inuenies duos viros iuxta sepulchrum Rachel, & dicent: In uenia sumus a sine ad quas ueras perquirendas. Addit ulterius. Cuius tres uiri ascendentes ad Deum in Babel; unus portans tres hados, alius tres sorcos panis, & alius portans lagenam uini; & dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum. Addit Postremo. Post hac uenies in collem Dei; & cum ingressus fueris ibi urbem, obuius habebis gregem prophetarum. Et insilet in te spiritus Domini, & propheta cum eu. & mutaberis in uirum alterum.* Ecce quot circumstantias ei praedicit, quas ubi adimpleri uidit Saul de regno suo non potuit ambigere. Non ab similitur Christus fidem passionis & resurrectionis in cordibus discipulorum uolens confirmare, non solum in genere sermonem hac de re eis repetit, sed & singulas circumstantias praedicit. 1. Tradetur Gentibus. 2. Illudetur. 3. Flagellabitur. 4. Conspuetur. 5. Occidetur. Denique, tertia die resurget; ubi ergo haec priora sigillatim adimpleri uiderint in Christi Passione, quomodo diffidere possunt de eius regno, aut resurrectione.

1. Reg. 16.

Mat. 16.

Mat. 17.

Luc. 19.

10. ad. 12.

10. ad. 12.

10. ad. 12.



*Mat. 1.* *flum hoc, & in triduo reedificabo illud,* intelligens de templo corporis sui: aut quando dicitur *Baptismo habeo baptizari,* & quomodo *carthor donec perficiatur,* aut iterum dicens: *Potesis bibere calicem, quem ego bibiturus sum:* aut denique cum *Jonæ signi* & figurâ proponit, qui tribus diebus & noctibus fuit in corde terre, vel serpentis exaltati in deserto. At hic nulla apparet excusatio. Quid enim clarius exprimi potest: *Filius hominis tradetur, flagellabitur, conspuetur, occidetur, & tertio die resurget.* An non intelligitur, & discipuli tardi corde ad credendum, quid sit Filius hominis? An non intelligitur, quid sit tradi, quid illudi, quid flagellari, quid conspui, quid occidi, quid resurgere? Singula hæc quidem per se discipuli satis intelligere poterant: verum omnia eis simul parabolicè dicta videntur, quia non satis affequebantur, quomodo is qui vere filius Dei erat & vere Deus, & qui tanta opera exhibebat, crucifigeretur & ignominiosè moreretur. Unde dum mortuum vident, quasi de homine puro & infirmo vacillant, non satis firme apprehendentes, quod qui mortuus esset ex infirmitate, resurgere possit ex virtute. Ergo ipsi quidem speculativè (sicut loqui licet) intelligebant a Christo hic sibi dicta: sed præcise hærent & vacillant, nec satis ea intelligunt, dū quæ infirmitatis sunt, cum potestate divinitatis conjungunt. Similes sunt pueris legere discitibus, qui characteres singulos agnoscunt, sed dum coniungendi sunt, hærent. Exempli gratia. Non verum quid sit D, quid E, quid V, quid S, & tamen nesciunt inde constitui vocem, Deus, ideoque hærent, dum hos characteres recolligere debent. Sic discipuli hærebant, nescientes conjungere sublimia divinitatis in Christo opera cum humilitate mortis, nec satis percipientes quomodo is qui à peccato immunis erat, dimitteretur à Deo ad tam immania tormenta. Adde quod licet verba Christi in cortice intelligerent, mysterium tamen passionis non percipiebant (secundum medullam, hoc est ejus causam, finem, fructum non intelligebant. Ideo dicuntur nihil horum intellexisse, & verbum istud absconditum fuisse ab eis. Nam & verbum istud eis quodammodo abscondebatur & obvelabat amor erga Christum Dominum & Magistrum suum, cujus cum vitam maximè desiderarent & illi tenerrimo affectu inhaerent, cumque eum ut Messiam cum gloria regnaturū sperarent, vix poterant ejus sibi mortem persuadere, aut ad illam ferio cogitationem suam vertere. Si quid ipse de morte sua & passione loqueretur, contristabantur quidem, sed innox amore dictante, non ut sonabat id intelligendum putabant: sed ad aliud quid allegoricè referendum esse credebant, inquit *Beda.*

*Simila.*

*Beda in c. 18. Lu.*

Certe affectus nostri, præsertim amoris vel odii, non infrequenter nos obnubilant, & veritatem nobis abscondunt, ita ut eam vel nō percipiamus, vel credere non velimus. Quam frequenter negotiatoribus dicitur, vel à suis Pastoribus, vel à suis Confessariis, consulendum esse salutem, contractus ab eis inuitos periculosos esse, sapere utram ob nimium

lucrum, vel nimium interesse præteritum, vel obpretium excessivum ratione crediti, & similia quæ eorum conscientiam concernunt, & ad salutem securitatem spectant. At quia amore lucri & nummi impediuntur veritatem agnoscere, aut agnitam sequi, de illis verum esse agnoscitur, quod hic de discipulis dicitur: *Ipsi nihil horum intellexerunt, estque verbum istud absconditum ab eis.*

Similiter luxuria deditis quam frequenter inculturatur, disciendenda esse vincula, fugiendas occasiones & pericula, confortia prava eliminanda, aliter confessiones esse nullas, & agi de discrimine æternitatis pro momento voluptatis. Interim quia intellectum & cor obscuratum habent caliginoso affectu libidinis: *Ipsi nihil horum intellexerunt, & verbum istud absconditum est ab eis.*

Sic etiam his qui odium, vel vindictam animo gerunt sub prætextu magnanimitatis, vel utendi honoris, sæpe veritatis verbum insinuat, Deo vindictam reservandam esse, vel Judici proprio arbitrio infligi non posse, pro puncto honoris mundani, æterni apud Deum honoris jacturam fieri, parcendum esse inimicis, & remittendam esse offensam, sicut & eam nobis à Deo remitti volumus, juxta Domini instructionem & mandatum. At quia affectum gerunt caliginæ odii obnubilatum: *Ipsi nihil horum intellexerunt, & verbum istud absconditum est ab eis.*

Si gula & ventris deditis gula mala repræsentantur, tam temporalia, quam æterna, & quomodo timendum sit ne de istis verum sit, *Daunt in bonis diebus, & in puncto ad inferna descendunt,* ideoque fugiendas popinas, societates pravas, & ebrietatis occasiones omnes, nisi tandem confusionem æternam velint incurere. At quia amore calicis & ventris obtenebrati sunt, & velut hebetes effecti: *Ipsi nihil horum intellexerunt, & verbum istud absconditum est ab eis.*

Deique, quibuslibet in statu peccati mortalis agentibus & in malo inveteratis proponitur gravitas peccati, periculum quod eis imminet, incertitudo mortis, severitas judicii, pena inferni. At sæpè etiam de illis verum est: *Ipsi nihil horum intellexerunt, & verbum istud absconditum est ab eis.* Speculativè loquendo hæc quadatenus intelligunt & credunt præcise quasi non intelligentes, aut credentes se exhibent. Et de illis iterum est illud *Psal. 35. Nil mihi intellegere, ut bene ageret assistit omni via non bona, multam autem non odit.* Quid ergo dicemus de similitudinibus? Audientes non audiunt, videntes non vident, intelligentes non intelligunt, apertisque oculis ad ignem vadunt: & quia Verbum Dei & verbum salutis ab eis fuit absconditum, æternam Verbum ab eis postmodum faciem abscondet in æternum.

Porro non existimamus gravi culpæ adscribendum, quod Apostoli hoc mysterium passionis sæpè repetitum non intellexerint: quia necdum Spiritus sapientiæ & intellectus in eos descenderat,



sed tempus adhuc ignorantia perdurabat tempus caliginis & velaminis super cor, quod discipulo velo sempli postea fuiti debebat. Quadam permissione & dispositione divina providentia adhuc oculi eorum tenebantur nec perfectè mysteria agnoscebant, quia ille qui dixit de tenebris lumen splendescere, necdum illuxerat in cordibus eorum ad illuminationem scientia claritate Dei in facie Iesu Christi, ut loquitur Apostolus. Nec tamen sermo & prædictio Christi de sua Passione & Resurrectione inutilis eis fuit, quia postmodum illo resurgente maximè profuit. Dum enim vident omnia adimpleta quæ prædixerat, fides in cordibus eorum firmior erat: illaque firmius in audientium corde radicari poterat, ipsi hæc quæ audierant & perpexerant annunciantibus.

rimud ad illius presentiam totus ille peccati & carnis fugatur exercitus. Est illa omnis peccati frantum, omnisque virtutis incitamentum.

Propter hanc causam provida mater Ecclesia filius suis hodie Evangelium istud passionis Christi memoriam renovans proponit, ut illos à peccatis & peccati occasionebus revocet, quæ jam multipliciter occurrunt. Solet enim mundus his diebus helleuari, & sic se præpõtere, & insipienter ad quadragessimam disponere: Non est enim per tamuliam aditus ad jejunium, nec ad sobrietatem per lasciviam, nec per malitiam ad virtutem. Non sicut Plutoni, aut Veneri, aut Baccho sacra faciendi, ut postmodum melius fiant Christo. Honesta recreatio & hilaritas secundum faciem sanctorum non prohibetur, illa scilicet quæ decet Christianos à Deo sanctificatos: Ecce populus iucundus servandam faciem sanctorum.

Basil. lib. 3. de jejunio.

Indit. 16.

*Christus passio memoria nobis commendare noluit.*  
Luc. 9.

**T**ertia ratio frequentis de Passione sermonis, fuit ex parte nostra. Sic enim voluit non solum discipulis tunc presentibus, sed & omnibus Fidelibus in finem sæculi futuris frequentem Passionis suæ memoriam commendare, ita ut quod discipulis dixit, etiam nobis dictura censere debeamus. Ponite vos in cordibus vestris sermones istos, Filius enim hominis futurum est ut tradatur in manus hominum. Neque de nobis iam dici potest, quod de discipulis ibi subjungitur: At illi ignorabant verbum istud, & erat velatum ante eos ut non sentirent illud, & timebant eum interrogare de hoc verbo: iam enim velum discipulum est, & ante oculos nostros Iesus Christus crucifixus ubique proponitur, in templis & aris, in calicibus & libris, in cubiculis & tectis in Publicis & privatis locis; cum etiam ponamus in cordibus, & sentiamus in intimis visceribus. Unde his qui exerrantes mentibus flagitiosam vitam, & viam neunt, possumus dicere illud: Quis vos fascinavit non obedire veritati, atque quorum oculis Iesus Christus præscriptus est, in vobis crucifixus? Hoc est, Quomodo à veritate fidei vel morum, nisi fascinante vos satana recedere potestis, qui quotidie ante oculos vestros Christum crucifixum conspicitis, cuius vibices, plaga leviores, nihil aliud clamant, quam peccatum omne detestandum, illumque unice amandum qui dilexit vos, se semetipsum tradidit pro vobis, ut pretio sanguinis sui ab omni vos iniquitate crueret? Quapropter dñe Iesu Christi Crucifixi passio, vel in imagine & typo, vel sermone & verbo nobis representatur, illud Sapientis in memoriam revocari debet: Gratiam fidei historia tuæ ne obliviscaris, ipse enim animam posuit pro te. I. & illud Apostoli: Recognite eum qui talem sustinuit in peccatoribus contradictionem, ut non fugerint animi vestri desidentes. Nondum enim ad sanguinem usque resistite, ad versus peccatum repugnantes. Certè ubi mors Christi animo circumfertur, non potest regnare peccatum. Est enim tanta vis crucis Christi, ut si ante oculos ponatur, & in mente fideliter reventur, nulla concupiscentia, nulla libido, nullus furor, nulla possit superare iracundia, sed con-

Gal. 3.

*Christi passio peccati circumventum.*

Ecl. 39.

Heb. 12.

Orig. in Rom.

At de bacchatione & dissolutione, ebrietate & salaces comestiones Christi sunt contumeliosæ, & eius Spõsæ Ecclesiæ probrosæ. Propterea quoad potest, ab his filios illa suos dehortatur, proposita Sponsi sui passione.

Non ab simi is est illi Matrifamilias, de qua apud antiquos historicos Homicidæ quidam Maritum eius multis confixerant vulneribus, tandemque nec crudeli affecerant. Non ira diu post contigit filios iniuræ & neis paternæ oblitos amicum societatem cum illis homicidis. Non potuit illa aquo id animo tolerare, quæ necdum accubum funis viri & horu flagitiosissimum facinus oblivioni tradiderat. Quid igitur faceret? quo efficaci medio animos filiorum ab hac probrosâ societate avelleret? Cum mariti exuvias funestas penes se servasset, filios se orsum in conclave ad vocat, indium multis ictibus transfossum, & sanguine pridem ab homicidis illis tinctum, in medium præferet, & fortissimo ac voce se eos alloquitur. Agnoscentis, ô chari filij, Parentis vestri vestram hanc lineam aut cruce conspiciam? Clamatis contra vos, qui sedus cum illa sanguine factus vobis factum. parenti contumeliosum. Disjunctis igitur omnem curvâ in tantam societatem. nisi velitis paterno sanguini ingrati esse. & videra materna tr ansfodere novo quodam vulnere. Hæc dixit, & animos eorum à patrie disillis, & ab omni eorum confortio, penitus divulsit. Simili modo Ecclesiæ, pia mater, representat hoc tempore sanguinolentam Christi Sponsi effem omnibus filiis suis, ut animet eos ad fugiendum omne confortium, omneque fecdus cum his qui eum nec cruenta affecerunt. Utique peccata eum crucifixerunt, totaque vulneribus cõfecerunt, ergo penitus à nobis detestanda sunt & fugienda, nisi & Matri momenti & sanguini Patris clamanti ingrati esse voluerimus, & impietatis cõciliij.

Plutarc. & alij.

Interim, non obstantibus pot montis, de multis Baccha qui se filios gloriantur Crucifixi, verum est modo nalia cele illud: Multi ambulant quos sapè dicebam vobis, nunc brantes autem & sensidico, inimicor crucis Christi quorum Christus Deus.



denud  
crucif-  
gunt.  
Phil. g.

*Deus venter est, & gloria in confusione* His Crucifixi sanguinolenta vclis est in signum, sed in signum cui ab ipis contradicitur: quia luxurios, ebrietatibus, debacchationibus, & aliis peccatis suis rursus sibi crucifigunt Filium Dei & ostentur habet, sanguinemque testamenti pollutum ducunt & conculcant. Hodie enim Filius Dei dicit se ascendere Jero solymā, ut inchoet mysteria crucis & passionis suæ; ipsi vero oblii omnium beneficiorum, ejus se adiungunt crucifixoribus, eique illudunt, dum sine frano in peccata precipites eunt. Quum accederet David montem Olivæ fugiens à facie Abalonis flens aperto capite, & nudis pedibus incedes, pauci cum secuti sunt: sed, ut antitus retulit Divi dicit: *Toto corde univrsus Israel sequebatur Abalon.* Sic & modo Christum ascendentem Jerosolymam pauci cum compassione comitantur, sed potius Mundum, Carnem, Satanam, Christi juratos hostes, totocorde sequuntur, illisque obsequuntur. A sicut tñc ascendentem Davidem persecutus est Semei, maledicens, & lapides in eum mittens: Sic plerique his diebus ebrietatis furore impellente rixantur, iurant, blasphemant, maledicunt, & ita Christum Dominum velut quibusdam lapidibus impetunt, ejusque dolores & vulnera evanant. Sed non sine manifesta Dei vindicta hæc quandoque hoc tempore contingunt. Scimus enim in vasis orbis partibus, his Bacchanalibus multos ebrietate & vino sepultos; mox erant sepulchrum in inferno invenisse. Quidam namque post temulentiam in fixa interfecti fuerunt: alii vomentes cibum & potum, etiam sanguinem evomuerunt & vitam: alii somnium cum morte in ebrietate conjuxerunt, catarrho eos obruente & intrinsece.

Refert  
Michael  
Ipsis &  
nly.

Audi quid anno 1595 in oppido Baccharach (quod sic à Bacchi ara nominatum autumant) contigerit nostra ætate. Quidam ebriosus hac Dominica Quinquagesime abiit in cauponam, ad componationes, & aleas & impietates alias more suo exerceendas. Uxor partui vicina secuta est eum, ut merneret & domum reduceret. Ille monentem non solum contemnit, sed & percutit, hisque verbis abigit: *Abi cū virgo tuo dæmone quem utero geris, alioquin te transfordiam.* Illa vero respondit: *Itano ego verum gero dæmonem?* Non plura locuta, domum est reversa, doloresque partus statim sensit, & monstrum terribile, anteriore & superiore parte serpenti simile, caudam habens tribus ulnis longam, peperit. Ille cum jam potando & ludendo libidinem expleset, revertitur. Ingressus ubi fuit locum in quo partus jacebat, monstrum in eum involat, & candæ lææ implicatum ita venenosus ictibus transfigit, ut illi eo infelicem animam exhalavit. Marito mortuo, putrpera quoque mortua est, sed & monstrum vivere desit. Sic ille Deo & Christo injurius, factus est Baccho & Plutoni viciima, in infernum descendens.

Ex his igitur omnibus satis patet, quam justam habeat occasionem Ecclesia mater sancta propo-

nendi omnibus Spēs sui vincula, hæc gella, crucein clavos, sputa, & vulnera ut his qui modo tamquam equi & muli ventri & libidini sunt dediti, serviant tamquam fraxinum & chamus ad maxillas eorum constringendas, eosque à precipitio revocandos. Etenim hæc bene considerata vim habent efficacem ad coercendum animum à peccato, dantque intellectum ad Deo approximandum. Sic B. Helena pia Mater Constantin Imp. unum ex Christi clavos apponi voluit frano equi imperialis, prout prophetatum quidam putant his verbis: *in illa die erit quod supra fraxinum equi est, sanctum Domino.* Rationem vero reddit S. Ambr. *Quare sanctum super fraxinum, nisi ut Imperatorum insolentiam refranaret, qui quasi equi in libidines addunt, quod liceret illis adulteria impune committere? Qui ergo aliud egit Helene operatio ut frana dirigeret, nisi ut Imperatoribus sancto dicere spiritu videretur: Nolite fieri sicut equus & mulus: In chamo & frano maxillas eorum comprimite optavit: Prona enim potestas in vitium ferabatur, & more pecudum, vagā se libidine polluebant refrinxit eos Crux Domini. & revocavit à lapsu impietatis.*

Zach. 14.  
Ambr. de  
obitu  
Theodosii  
in sine.

Tob. 1.

Ierem. 9.

In Bac-  
chanali-  
bus pira-  
tis vacan-  
tes mire à  
Deo re-  
mune-  
rantur.

Felices itaque dicimus, quos modo propostia passio Christi à dissolutionibus Christiano nomine indignis tanquam fraxinum coercet. Benedicti à Deo sunt illi, qui Tobia pietatem imitantur. Hic templū Domini magna adibat pietate, & in solitudine seorsim se recipiebat zelosa oratione, cum omnes ierent ad vitulos aureos adorandos. Sic Christianus verus deberet facere, dum plerique non sine divina injuria sequuntur ludos, dissolutiones, infanias fallas. Jam pii merito possunt uti utique illud: *Quis dabit me in solitudine divorsorium viatorum, & derelinquam populum meum. & recedam ab eis? Quia omnes adulteri sunt carnis prævaricatorum.* Quasi dicas: Quis dabit me posse reperire in solitudine lecum ad divertendum ab hominibus, & conversandum cum Deo solo & Angelis, ut fugiam coram prævaricatorum, & eorum qui per peccatum fidem Deo frangunt? Hiab animarum sponso quasi adulterantes separantur, dum satana locum iudant in corde sacro sponsi cubili. Magnum meritum apud Deum habent modo nonnulli, qui exercitia subeunt pietatis in cella & solitudine, dum mundo sine sollicitudine currit ad voluptates & infanias, laxis penitus habentis. Atque hi in cordis secreto sua & aliena peccata deploantes, comitantur Dominum ascendentem Jerosolymam, ut tradatur, conspuatur, flagellatur, crucifigatur. Sicut vero loci sunt dolens ejus & passionis, ita absque dubio confortes postmodum erunt gaudii & consolationis.

Audi quod refertur de S. Catharina Senensi à Raymundo ejus Confessario Hæc ut sponso caelesti pollet inviolabili fidelitate esse subiecta, valde adspirabat ad perfectum fidei gradum, & frequenter orabat: *Domine, adauge mihi fidem: eamque in me ita perfice, ut nulla vi unquam possis deficere.* Sed responde-

Rt 3.



Cacum quidam sedebat secus viam mandicans.  
Luc. 18.

LECT. 6  
tripart.  
PARS II.  
Quomo-  
do per ca-  
citatem  
tur Deum  
in sanctis.

Spondebat ei Dominus: *Desponsato te mihi in fide.* Tandem in Bacchanalibus, ventris festa aliis celebrantibus, inclusit se in cellula, non respiciens ad vanitates & infanias falsas, sed ardentissime petens hanc fidei perfectionem. Apparuit igitur ei tunc Christus cum Matre, & mirabili modo eam despondit. Exinde vero fecita est mira ejus cum Christo unio, ita ut licet familie & agris ferviret, nihil ab aeterni sponlii amplexibus recederet, sed summa ei promptitudo in verat mentera suam quovis tempore conjungendi cum Christo, nullo actu externo eam impediende. Causam autem desponsationis illius, hanc Christus tunc subiunxit. *Quia sprevisisti vanitates mundi, amplexans crucem & poenitentiam, quatenus summum & aeternum bonum his diebus quibus mundani vacant gule & luxuria, ideo ego te desponsabo.* Ritus autem fuit iste. Accipiens Maria dexteram Catharinae, digitumque annularem, pecebat a Filio hanc desponsationem. Matr annuens Christus, annulum sponsalium digito ejus imposuit, dicens: *Ego Creator & Salvator tuus te mihi desponsabo in fide, quae perdurabit ex hac hora immutabili, donec nuptus aeternus, & me facie ad faciem perfrenarum. Superest ut viriliter decertes, & in robore fidei, quam tuo infirmi cordis, super omnes illecebras & angustias mundi, omnes stimulos carnis, & insidias inimici.* Haec Raymundus ejus Confessorius. Adhuc hodie Roma servatur hic annulus in Magnanapoli, in Monasterio Virginum Dominicanorum.

Aquid  
Snr. 29.  
April.

Similiter S. Gertrudi Ordini S. Benedicti, in nocte Dominicae hujus in Quingagesima apparuit D. Jesus sedens in throno gloriae, sedebatque S. Joannes Evangelista secus pedes ejus scribens. Interrogat illa, quid scriberet? Respondit Dominus. Ego lingua obsequia congregationis hujus heri impensa, & per duos sequentes dies impendenda, curo annotari, ut cum ego, cui Pater omne judicium dedit, unicuique post mortem fideliter reddidero mercedem bonam pro laboribus operum bonorum, & superaddidero mensuram confertam ex fructu mortis & passionis meae, dicam eos cum hac charitate ad Patrem, ut ex omnipotentia paternae benignitatis superaddat eis mensuram coagitatam & superfluentem pro beneficiis mihi exhibitis in hac persecutione, qua a mundanis infestor. Si enim Rex David, qui omni tempore non proa tenuit beatae facientibus sibi correpro: deus, die mortis appropinquante, cum regnum deposuisset in manu Salomonis, dixit ei: *Vitum Berzellus Galadista facies*

3. Reg. 2.

*gratiam, eruntque comedentes in mensa tua, quia occurrerunt mihi cum fugerem a facie Absalonis.* Quanto magis ego omnium fidelissimus non oblitiscar compeniam his qui mihi fideles fuerunt in adversitate haec abundanter reddenda? Nempe sicut a quolibet magis acceptatur beneficium exhibitum in adversis, quam in prosperis: sic magis accepto fidelitatem qua mihi modo exhibitur, dum mundus plus peccando me infestat. Haec Christus Gertrudi, ut refert ipsa l. 4. Insiuationum, c. 6.

**N**obilissimae partis in corpore nostro oculus rationem sortitur, Propterea S. Chrysof. dicit, quod *Oculus salit corpori*, quia scilicet hoc praestat Oculi corpori, quod sol mundo. Sic & S. Ambrosius. Solem vocat *Oculum cali & mundi*, glorificat. Immo & oculum in corpore Rectoris vices obeunt, & velut gemini Reges in alta locati Regia caetera membra regunt. Ideo enim in celliori corporis parte sedem fortinetur, ut omnia velut excelsa specula explorent, pervigiles pro regimine & salute corporis. Eandem ob causam ipse Deus, oculo comparatur; nam Aegyptii ut Deum omnia videntem omnibusque providentem representarent, Sceptrum pingebant, cui Oculus insculptus erat. Itaque cum adeo nobile sit oculorum munus, in quibus sensus pretiosissimus homini viget, quam calamitosum est his per caecitatem privari? Cum Angelus in specie juvenis splendidi ingressus fuisset Tobiae lenioris domum, Ducent se itineris filio daturus; salutavit eum, & dixit: *Gaudium tibi sit semper, Cui Tobias: Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumine cali non video?* Attamen multis Sanctorum hanc caecitatis plagam venire voluit Deus; ut in illis per id glorificaretur amplius, & coram saluti hac via consuleret certius. Habes sacris in litteris exempla nonnulla. Nam Tobias ideo caecitatis plagam caecitatis accepit, ut in exemplum patientiae futuris saculis proponeretur, & a Deo probaretur: *Quia acceptus eras Deo; necesse fuit ut tentatio probaret te*, dicit ei Angelus Raphael & de eodem dicitur. *Cum ab infanta em. Tob. 11.*

Tob. 11.

per timorem Deum, non est contristatus contra eum, quod plaga caecitatis eviserit, sed immobilis in Dei timore permansit, agens gratias Deo omnibus diebus vitae suae. Sic Isaac, Jacob, Heli, in senectute oculorum lumine orbati fuere. Similiter etiam quibusdam deceptis contingit, ut iam temporalium rerum curam deponant, & internos oculos sepulchro figant, & caelo. Si sanctorum revolvere volumus historias; multos ex illis utriusque sexus in caecitate Deum glorificasse reperimus. Recentissimus aliquot illustria horum exempla.

S. Remigius Rhemenis Archiepiscopus oculorum corporalium lumine aliquamdiu privatus est, quo superna ad qua toto anhelabat desiderio, mentis oculi contemplari valeret attentius, inquit Flodoardus, Rhemenis historiae l. 1. c. 17. De quo & illud notabile est Monachus quidam solitarius, Montanus nomine, matri Remigii sanctae hujus prolis conceptum & partum praedicebat, ea de re caecus edoctus aegre fidem ejus verbis illa comodore poterat, quia lenex erat, & sterilis haecenus in conjugio fuerat. Tum Montanus, qui utroque lumine orbatus erat, dixit ei: *Ve vera me nunciare scias, tu ablatus m-*

sanis